

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Theol. D. Pastoris ac Professoris  
... Academia Rostochiensi, Quo Ad Exequias Quas ... Filiolae ... Johanna Vir ...  
Dn. Andreas Schmalbeck/ Reipublicae huius Senator &c. Hodie hora Prima  
paratas cupit. Omnes Omnim Ordinum Cives Academicos amanter invitat : P. P.  
Rostochii die X. Februarii Anno M. DC. LIV. ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424037>

Druck    Freier  Zugang



Qvistorp, J.,

in

J. Schmalbeck <sup>ach</sup>.

Rost. 1654.

6.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777424037/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424037/phys_0004)

DFG

145

# PROGRAMMA RECTORIS

## JOHANNIS QVISTORPII,

S.S. Theol. D. Pastoris ac Professoris  
in Ecclesiâ & Academiâ  
Rostochiensi,



Quo  
Ad Exequias  
Quas

Filiola Iur desideratissima, puerilla suavissima

# JOHANNÆ

Vir Amplissimus ac Prudentissimus

## DN. ANDREAS Schmalbeck/

Reipublicæ hujus Senator &c.

Hodie horâ Primâ paratas cupit.

Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos  
amanter invitati.

P. P. ROSTOCHII die X. Februarii  
Anno M. DC. LIV.

Conventus fiet horâ primâ in Templo  
Jacobæo.

os(o)so

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILL. Academia Typographia

**GREGORIUS.**

*Lib. 23. Moral.*

**Quot dies vitæ peragimus;**  
quasi in itinere ad locum propositum,  
tot passibus propinquamus; præsen-  
tem vitam, quasi viam subigen-  
do transimus.

RECTOR  
JOHANNES QUISTORPIUS,  
Theol. D. Prof. & Past. in Eccles.  
& Acad. Rostochiensi.

**V**TINAM hodierni Helluones,  
Bacheis liquoribus immadescentes;  
quorum corpora instar utrius aut  
canalium potius, perenni potu flu-  
unt; urinam inquam; Vitæ humanæ  
brevitatem ad accuratioem judicii perpende-  
rent lancem; brevi etenim infamem suam repu-  
diarent temulentiam, quæ ipsum robur, ipsam  
virtutem naturalem enervat; quæ tantam infir-  
mitatum farraginem progenerat; quæ subitane-  
am etiam scèpissimè mortem inducit, & ut omnia  
verbo uno complectar, corpus humanum scèdis-  
simam turpissimorum humorum cloacam, &  
abominandam nefandissimorum vitiorum se-  
tinam facit. O utinam, perditissimi isti morta-  
les; qui jam Bacho litantes, vorando potandoq;  
tempus insumunt, qui heu cœli terræq; dedeco-  
ra! violenti cibo ac potu, impurissimos suos ven-  
tres, instar tympani extendunt; utinam inquam,  
considerarent, quod homo nihil sit aliud, quam

A 2

mpm

πυρόλοξ, id est, tumor ille inanis, qui visitur in aquis, momento temporis enascens simul & evanescentes; certè flagitioso suo, & in omnē vinolentiam effuso animo, frena injicerent; & absq; mortā omnibus fœdissimis resignantes illecebris, vitam suam, ad DEI OPTIMI cultum, ad sobrietatem ac frugalitatem, atq; ad quasvis virtutes componerent. Quod enim vitam concernit humanam. Heu quantulum istud ipsum est, quod nobis longum videtur? Sivel triginta, sexaginta, octuaginta, centum annos vivas, & id cum volumine illo ævi & cœli, cumq; ipsâ æternitate conferas. Quid erit, nisi pueritiam, & vix adhuc hoc nomen merebitur. Quid hic obsecro diuturnum? Rectissimè cum Sophocle in Trachin, v. 950 loquar.

----- quapropter si quis

Duos aut plures dies numerat, (spectet.

Stultus est: nihil enim est, quod ad crastinum

Sed vide ne tibi aliquid adversi hodiè eveniat.

Et, verâ imagine exprimam Tibi cùm Lipsio vitam meam & tuam; vidisti, imò curiosius spectasti comoedias, in quibus prodeunt Reges, Satrapæ, satellites, aliæq; personæ in speciem & mutæ. Ecce alij diutius ex ijs in scenâ loqvuntur, & subsistunt. Alij ostendunt semet solum, & nec vocem edunt. Quid verò nobis aliud in hocce mundi theatro, & in hac vitæ comoediâ obtinet?

git? vario munere aut dignitate, in theatrum hu-  
jus universi ablegamur; alij silentio transimur,  
aut ostendimur cantum; nihilò tamen deterior  
ille, qui in viliveste, qui non diu hæsit, quam ille,  
qui Regem, aut qui prolixum carmen, in hac ca-  
ducâ, brevissimisq; circumscriptâ cancellis vitâ  
cecinit. Et quid nam homuli sumus in hac vitâ?  
fragilis reverà materia, ut levi casu sc̄epissimè  
corruat? Miseri mortales sumus, delabimur mo-  
mentis singulis, crescimus, decrescimus, momen-  
ta ipsa, cum morte dividimus; vivimus quidem,  
ut semper victuri; nulla interim hora reperitur,  
quâ non moriamur.. Quid sumus miselli ho-  
munciones, sive nobis quam altissima; dicam,  
verius, stultissima imaginemur? respondebo cum  
Senecâ Consol. ad Marciam. c.ii. *imbecilla corpora,*  
*fragilia, nuda, suapte natura inermia, alienæ opis indi-*  
*ga, ad omnem fortuna contumeliam projecta.* Et, quis  
hæc verissima esse, non expertus est, in tot quoti-  
dianis ac continuis fermè Exemplis? quæ nobis,  
tum vitæ humanae brevitatem, tum hominis mi-  
seriam, luce meridianâ clarius demonstrant. En-  
unum præ oculis, proh dolor! & quidem recen-  
tissimum adest; Puellula videlicet svavissima, JO-  
HANNA Schmalbecke / quam vix quadrime-  
strem infantulam, sœva Parcarum rapacitas, pro-  
pero iœtu è numero viventium sustulit; non secus  
ac lascivâ viatoris prætereuntis dexterâ, pomum

aliquid im maturum decerpitur. Auspicata verò  
illa fuit lubricam hancce vitam, die 10. Octobris,  
Anno 1653. Parentibus honestate ac integritate  
conspicuis, Patre Dn. ANDREA Schmalbecken/  
Senatore hujus Reipublicæ Amplissime, Pro-  
vinciae Secretario & Oeconomo prudentissimo.  
Matre WENDULA Wesebom, fœminâ virtu-  
tum muliebrium decore ornatissimâ. Avo Pater-  
no, Dn. Garsten Schmalbeck / Cive hujus Reipu-  
blicæ, & redditum Ædis Spiritui S. dedicatæ, Ra-  
tionibus, per 24. annos, præfecto fidelissimo. Aviâ  
Paternâ, quæ adhuc Dei clementiâ rebus interest  
mortalium, CATHARINA Amsels. Avo mater-  
nô, Dn. JOACHIMO Wesebom / Cive & Cerevi-  
siario hujus urbis non infimo. Aviâ Maternâ,  
MARGARETA Möllers. Proavo paternô, Dn.  
JACOBO Schmalbecken / nauticam exercente  
vitam Cive optimo. Proaviâ paternâ, Ilseben Hey-  
denicks. Proavo materno Dn. JOACHIMO We-  
sebom / Cive & Cerevisiario. Proaviâ maternâ,  
MARGARETA Nettelblades. Postquam verò  
vitam suam, è hilce parentibus progenitoribusq;  
inchoasset, secundo nativitatis die, nempè, XI.  
Octobris, secundū Redemptoris mortaliū CHRI-  
STI JESU mandatū, per lavacrum regenerationis  
regenerata, & cœtui CHRISTIANORUM coop-  
tata, si maturiore attigisset ætatem, ipsis factis ac  
virtutibus, parentum ac progenitorum honesta-  
tem

cem ac integratatem auxisset, in talemq; aliquan-  
do, Spiritus Sancti gratiâ adjuvante, piissimâq; pa-  
rentum informatione accedente, evasisset filiam,  
quæ & parentibus solatio, & familiæ ornamento  
non mediocri esse potuisset; nisi eam mors in-  
exorabilis, tam subitò, tam citò, è consortio vi-  
ventium sustulisset, spesq; parentum eximias, de  
ipsius egregiâ indole conceptas, non absq; in-  
genti mœrore, ejus præmaturo obitu decollasset.  
Quæ, vitam hancce humanam, per quatuor sal-  
tem menses, sive 16. Septimanas traduxit; eamq;  
die 30. Januarij, Anni hujus 1654, finivit, suoq; tam  
celeri è rebus humanis secessu ostendit, vitæ hu-  
manæ instabilitatem; hominis miserrimam con-  
ditionem; mortis deniq; crudelitatem; quæ præ-  
coci obitu sternit, & antè maturum tempus car-  
pit rapacissimâ dexterâ, ipsos etiam infantulos,  
in ipso ætatis flore, spe maximâ plenos, vernan-  
tes parentum & amicorum amores, spirantes eo-  
rum laudis atq; Virtutum imagines. At, quid jam  
mœstissimi parentes facietis? annè jam Vos, luctu,  
lachrymis, ob insperatū & minimè expeditū, filio-  
læ charissimæ abitū macerabitis? darem quidem  
facilem veniam tristitiae & ægritudini vestræ, imò  
& officii, pietatisq; gloriam vix denegarem. Ve-  
rum. Si unquam, si aliquandò, certè nunc, ma-  
gnanimam ac constantem mentem, re ipsâ ex-  
promite; habenas lachrymis & dolori injicie.

Con-

Considerate satius, meliorem jam esse sortem si.  
liolæ vestræ, quam omnium nostrum; quæ tam  
velociter cœlo redonata est, undè originem non  
pridem antea traxerat; quæ tam brevi, salutis, vi-  
tæq; æternæ limitem attigit; quæ tam celeriter,  
fluctibus mundi naufragis emersa, portum cœle-  
stem, cuius jucunditatem ac felicitatem, nè qui-  
dem Angelica vox effari potest, subiit; indignam  
jam, vel suo intuitu terram judicans, in Sanctissi-  
morum Spirituum collegium allecta; nihilq; terræ  
relinquens, præter concretum & mortale corpo-  
sculum. Quod, cum hodiernâ luce, circa horam  
primam, in templo Jacobæo, tumulo componi  
debeat. Vos Omnes Universitatis Cives, officiosè  
ac amantè invito, ut illud frequentes comitari,  
vestraque præsentia, mœrorem parentum, ex ino-  
pinatâ, præmaturâq; filiolæ morte contractum,  
lenire, non dedignemini. Exstimulet Vos, ad  
hoc supremum humanitatis officium, Amplis-  
simi Parentis, erga literas & literatos favor. Exsti-  
mulet, Christianæ charitatis officium. Exstimulet,  
amica ac benevolæ MAGISTRATUS invitatio,  
quam, quod non vili æstimaveritis, decenti, ho-  
nestâ, verumq; christianum decente frequentia,  
demonstrabitis. P. P. Rostochij, sub Sigillo  
Universitatis, die X. Februarij, An. Dom.

M. DC. LIV.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777424037/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424037/phys_0016)



cem ac integratam auxisset, in tanto, Spiritus Sancti gratiâ adjuvante, rentum informatione accedente, quæ & parentibus solatio, & fami non mediocri esse potuisset; nisi exorabilis, tam subito, tam citò, ventium sustulisset, spesq; parenti ipsius egregiâ indole conceptas, genti mœrore, ejus præmaturo ob. Quæ, vitam hancce humanam, ptem menses, sive 16. Septimanast die 30. Januarij, Anni hujus 1654, ficeri e rebus humanis secessu ostemanæ instabilitatem; hominis mitionem; mortis deniq; crudelitati coci obitu sternit, & antè maturu pit rapacissimâ dexterâ, ipsos eti in ipso ætatis flore, spe maximâ ptes parentum & amicorum amorum laudis atq; Virtutum imaginemœstissimi parentes facietis? annè lachrymis, ob insperatū & minimæ charissimæ abitū macerabitis? facilem veniam tristitia & ægritudi & officii, pietatisq; gloriam vix derum. Si unquam, si aliquandò, cognitiam ac constantem mente promite; habenas lachrymis & d



the scale towards document

0312

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

mm

Inch

←

↑

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0